~~1516~~ 1517.

Petrus Thomicki Episcopus Przemisliens. Vice Cancell. Fabiano Episcopo Varmien.

322

Rndme in Christo Pater et Dne

Legi Literas vestre Rndme Dominationis Mti Regiæ, quæ libenter audivit felices successus Cesareæ Mtis. et ea quæ cogunt nostros bonos Cruciferos quietiora cogitare. Optatque Ejus Mtas, ut Eidem Mti Cesareæ usque ad Extremmum quàm faustissime succedat, quò tandem id consequi posset, quod suum esse deberet, et bellis istis, quibus semper distinetur, aliquando finis imponatur —

Egi diligenter apud Ejus Mtem, ut soli Domino Latino Junvladislavienß. relinqueretur Officium Capitaneatus Marieburgenß. verum Ejus Mtas quia de consilio omnium Dominorum, hanc Ordinationem fecerat, de duobus nollet id tam facile immutare, tamen adhuc Mtas sua nihil fecit, nec factura est, ita celeriter, et ego interim non desistam suadere,

Ejus Mti ut

Ejus indicat, ita fiat. prout Vestra Rdma Dominatio, et Dominus Palatinus postulat.

Non libenter audivit intelas sua. has cædes et hostilitates, quæ isthic excitatæ sunt. adversum Goanenc. non possunt enim non fieri perniciosæ. Proindè operam faciat Vestra Rdma Dominatio. unà cum aliis Dominis Consiliariis ut in bono fine res constituatur. et frenentur ista facinora indigna. cum securitate bonorum Nobilium et Civium —

Apud nos. nihil adhuc novi habemus. quieta sunt omnia. Quamprimum aliquid innovabitur. reddam Vestram Rdmam Dominationem certiorem. Cui me plurimum commendo. et valere Illam felicissimè desidero — Datt. Vilnæ —